



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

les desijt MATERNVS *centenario maior*, A. D. 130. *Cuius doctrinâ & meritis, tres illæ Ecclesie ita firmatæ sunt vt nunquam in fide dubiæ, aut recidivæ, de hæresi semper triumphârint. ita Annales Treviri, Tongri & Colonienſes, & copioſè (de his Episcopatibus & serenissimâ Iuliæ Domino) bene merito suo calamo in Leodiensî Gloria P. Jacobus Lobbetius.* XV.

**B.** LVTHARDVS, sub *Imp: LOTHARIO, LVDOVICO II. CAROLO CALVO & LVDOVICO III. Cliuia Comes*, non parentum minus, quàm propriâ gloriâ clarus fuit. Quam paulò altiùs repetere operæ pretium erit. *Parentes habuit LVTHARDVS EBERHARDVM BALDERICI octavi Cliuia Comitis Filium; Matrem BERTHAM LVDOVICI Bavaria Ducis Filiam, quos nescias an propriâ an alienâ potiùs, filiorum LVTHARDI, & BERENGARII Tullensis Episcopi virtute sint commendandi, ut iure illud sapientis in illos cadere videatur: gloria Patrum gloria Filiorum; & vice versâ horum gloriâ Parentum alatur.* Quod Novesiensî in templo, vetustissimum erectum monumentum hodie dum totidem lineis apicibusque testatur: Anno Christi 825. Indictione 3. EBERHARDVS Comes & BERTHA Vxor



*eius nobilis matrona, LUDOVICI Bavari ut dictum est, filia, nec non LVTHARDVS Comes Clivensis & BERENGARIUS Episcopus Tullensis eorundem filij duas Congregationes Ecclesiarum, unam in Wischell, alteram Novesij, Canonicorum & Canonissarum sub GVNTHERO Archiepiscopo Coloniensi ac LUDOVICO Romanorum Imperatore, CAROLI Magni ex LUDOVICO pronepote fundârunt; vnde laudabilis ille horum Collegiorum mos profluxit, ut mutuas Ecclesias transeuntes præsentijs gaudeant. EBERHARDVS verò hic anno regiminis nono sanctè ut vixit, ita & in fata concessit, A. C. 835, in templo Novesiano & Collegio S. QUIRINI, à se fundato tumulum, ad S. CRUCIS altare reperit, de quo in Tetrastichis ita Streithagerus.*

*Felix ante alios felix EBERHARDE parentes;*

*Et meritò Musis commemorande meis.*

*Te genuisse tuæ satis ad Præconia famæ est;*

*Et verò tantos, te genuisse Viros;*

*Parente defuncto, ad extremam usque senectam, abstinentiâ, castimoniâ, patientiâ, reliquisq; virtutibus ita omnibus præluxit, vt passim religiosus audiret, quâ vitæ innocentiam ( ut Pigi- us affirmat ) promeritus est affinitate stirpis*  
CAROLI



CAROLI MAGNI & Domûs Cæsareæ decorari ac ARNVLPHI *Imperatoris Filiam* BERTHAM *feminam aequè piam in Vxorem accipere, ex eâque* BALDRICIVM *SUCCESSOREM & SIGFRIDVM virtutum suarû ex asse heredes, relinquere.* LVTHARDVS *verò Abbatia Effendiensi Illustrium Virginum cum ALERIDO IV. Hildesheimensi Episcopo anno 887. & Monasterio in Salenstatt A. D. 877. fundatis, post 44. annorum Imperium A. C. 881. in fata concessit, à morte albo Sanctorum adscriptus; CAPVT eius Ecclesia B. Virginis ab ipso erecta, debitâ veneratione asservat; ut testatur in Martyrologio suo Ioannes Molanus, docens in XV. Septembris festivam eius lucem incidere. Vitâ eius Lovanij Rhythmico, & à Ioanne Melas Clivenfi, metro eleganti typis exscripta est.*

XV.

**P**ublicus cultus S. LUDMILLÆ *Martyris, & Ducissæ Bohemiæ, Ania S. WENZESLAI Martyris, & Educatricis piissima. Hæc Pragæ artibus & iussu nurûs Drachomiræ, Martyrio fortissimè cecidit. Scilicet ut & claudi ad illius Mausoleum resurgerent.*

XV.

**T**riumphat hoc die B. LOTHARIUS LVDOVICI